

TRIBUNAL
CONFESSARIORUM,
ET
ORDINANDORUM
Casibus illustratum , & auctum.

CO
DECIMIS PONTIFICIS
ORDINIS UTILISSIMUM
Bulle Cruxata
etiam quodammodo
ordine

TRIBUNAL ACTORIS
CONFESSARIORUM,
ET ORDINANDORUM,
R. P. MARTINI WIGANDT,

ORDINIS PRÆDICATORUM SS. THEOLOGIÆ MAGISTRI,
ac Universitatis Viennensis Doctoris;

COMPLECTENS MATERIAS

THEOLOGICO-MORALES,

SECUNDUM PROBABILIORA, AC FIRMIORA DOGMATA
Angelici Præceptoris,

PLURIBUS CASIBUS DESUMPTIS EX GRAVIORIBUS AUCTORIBUS
auctum, & illustratum,

CONSTITUTIONIBUS, ET DECRETIS PONTIFICIIS,
in suis respectivè Tractatibus collocatis, noviter adauctum.

OPUS CONFESSARIIS, ET PŒNITENTIBUS UTILISSIMUM.

Cum gemino tractatu Propositionum damnatarum, & Bullæ Cruciatæ
R.P. FRANCISCI VIDAL, Sacrae Theologiæ Lectoris ejusdem Ordinis.



MATRITI. MDCCCLXXV.

Apud JOACHIM IBARRA S. C. R. M. Typographum.

Superiorum permisu.

ENCOMIUM IN ANGELICI DOCTORIS

Divi Thomæ Aquinatis Doctrinam à Benedicto Papa XIV.


editum , in suo Diplomate Collegio Divi Dionysii Sacri, & Illipulitani Montis Granatensis , circa litterarum studium obeundum præstito.

BENEDICTUS PAPA XIV. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

SAluberrimam , æquè , ac proficuum in Catholica Ecclesia Seminariorum , Collegiorumque institutionem A Concilio Tridentino plurimi habitan , & maximè propostam , ac districtè Venerabilibus Fratribus Ecclesiastern Antistibus præscriptam , quantum posuimus , dum in minoribus essimus , & Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum Secretarii munus gererentis , semper promovere studiunus. Ad sublimem vero Sacrosancti Agostinianus speculum , meritis licet imparibus , per ineffabilem Divine bonitatis abundantiam eœclus , nihil accidere potest jucundius , quam cum annuentes porrechia precibus Supremas Apostolicæ benignitatibz , auctoritatique partes , sive ad novi Seminariorum . Collegique fundationem procurandam , sive ad Seminarii , Collegique jam erecti instauracionem , incrementumque prouovendum , confirmandum , adaugendumque confertimus. Quoniam autem sicut dilecti filii Abbas , & Canonici Secularis , & Collegiata Ecclesie , sub nuncupatione Assumptionis Beatae Virginis Marie , in Monte Illipulitano Vallis Paradisi , extra Civitatem Granatensem una cum Collegio S. Dionysii Areopagytæ dicto , positz , super Nobis humiliter exponi fecerunt , memoratum Collegium S. Dionysii à bon. mem. Petro de Castro , dum viveret Archiepiscopo Granatensi anno MDCIX. canonice eructum , & Apostolicæ auctoritate à tœl. record. Pauli V. Gregorio XV. Urbano VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris per quasdam suas Apostolicas , sive in simili forma Brevis , sive sub Plumbo expeditas Litteras approbatum , confirmatum , & privilegiis , atque indulxit noctum fuit , ac præseruit ab eodem Gregorio XV. Prædecessore nostro , cuius Litterarum sub Plumbo expeditarum tenor est qui sequitur.

Hic prefati Gregorii XV. inseritur Bulla , sub datum Roma apud S. Petrum , Anno Domini 1621. decimo sexto Kalendas Maii , ejus Pontificatus Anno primi. Deinde;

Quod sane Apostolicæ benignitatis privilegium , sive indulxum in præiunctis Litteris contentum , quemadmodum ipsi exponentes asserunt , ab initio ad hæc usque tempora ita servatur exactè , ut Collegiales dicti Collegii S. Dionysii Areopagytæ , tam in Granatensi , quam in Salmantina , Complutensi , aliisque publicis Regnorum Hispaniarum Universitatibus Gradus , & Laureas earum Facultatum , quibus in Dionysiano Collegio præclaram operam dederunt in dies suscipiant , iisque decorentur. Ex quo ipsi exponentes , cum serio cogitassent , quod ad maiorem Collegium ejusdem Collegii Dionysiani nullitatem , decus , & in studiis profectum conduxeret , si in laudato Collegio , præter ante dictas Facultates , in quibus Collegiales pro tempore insitui pergunt , aliarum etiam facultatum , sive doctrinarum , sive bonarum Artium Scholæ , aut Cathedrae eriperentur ; die nona mensis Junii proxime elapsi , Capitulariter de more congregati , unanimi consensu statuerunt , ut Scholæ , sen. Cathedrae de novo erigerentur , in quibus explicarentur , ac triderentur tum utrumque Ius , Pontificium scilicet , & Civile , tum Historia Ecclesiastica , tum demum peregrinæ lingue præcipue Hebraica , Graeca , & Arabica , quarum linguarum Schola , sen. Cathedra ab ipso Fundatore intentata , & acclita ex hac alma Urbe nostra Vies peritis , etea , diu non sine fructu viguit , sed desuetudine tandem abolita fuit . , Præterea cum sepedictus Collegii Dionysiani Fundator non aliam in Scholis , & Cathedris ejusdem Collegii Doctrinam traxi , in eaque eruditæ Collegiales hujusmodi , quam Angelici Doctroris S. Thomæ Aquinatis voluisset , per quamplures quidem annos commendatissima laudati S. Doctrinis Doctrina , exclusis alijs , quibuscumque doctrinis , tradita , & explicata fuit Collegialibus , ceteris que Scholas , & Cathedras antedictas frequentantibus ; sed deinde ad Canonicatus ejusdem Collegiæ Ecclesiæ admissis variis personis , que aliarum Scholarum principis , & doctrinis imbuta erant , atque hisce personis demandata cura Scholas , sive Cathedras Philosophicæ , & Theologie regendi , factum est , ut paulatim , & sensim introductæ fuerit mox decenda , tradendique alias à S. Thomæ Aquinatis Doctrina alienas , separatasque opiniones , & sententias. Quem profecto morem , ut premittitur , introductum agentes , idem Exponentes , eadem die , atque in eodem Capitulo itidem statutum perpetuum , & indeleibile ediderunt , quo Angelici Doctroris doctrina , eo modo quo à Magistris Thomisticis communiter explicatur , traditur , & intelligitur , deinceps in Scholis , & Cathedris dicti Collegii Dionysiani præcisè explicatur , tradatur , atque intelligatur . ” Demum supplices preces addiderunt , ut sibi in præmissis de benignitate , & auctoritate Apostolicæ , ut infra , providere , & indulgere , & extendere , & confirmare dignaremur. Nos itaque mature expensis omnibus præmissis , que certè ad Majorem Collegialium ejusdem Collegii , aliorumque Scholas , & Cathedras hujusmodi pro tempore frequentantium utilitatem , decus , & incitamentum redundatura fore in Domino existimamus ; ipsos Exponentes meritis Apostolicæ Predicationis laudibus cumulantibus , & amplioribus gratiarum favoribus prosequi volentes , eorumque singulares personas à quibusvis excommunicatis , suspensionis , & interdicti , aliquæ Ecclesiasticis Sententiis , censuris , & omnis à jure , vel ab homine , quavis occasione , vel causa latet , si quibus quomodo libet innodatio existunt , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes , & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati , tenore præsentium Apostolicæ auctoritate primum quidem statutum hujusmodi erectionis Scholarum , sive Cathedrarum utriusque Juris Historie Ecclesiastica , & peregrinarum Linguarum possimum Hebraicæ , Graecæ , & Arabicæ non solum laudamus , approbamus , & confirmamus , & in violabili Apostolicæ firmitatis robore munimus , atque etiam præcipimus , ita , ut postquam Scholæ , sive Cathedra antedictæ erectorum fuerint , nullo unquam tempore per quæcumque casum , nisi justis , rationabilibusque causis ad breve tempus , sine Apostolicæ hujus Sancæ Sedis licentia , vel omnino aboleri , vel diutissimè intermitte possint. Verum etiam ex peculiari gratia , omnibus , & singulis Collegialibus ejusdem Collegii , aliisque in eo sedulam utroque juri navantibus operam auctoritate , & tenore paribus impertimus , atque indulgemus , ut juxta præiunctas laudati Gregori Prædecessoris Litteras , finito ibidem utriusque juris studio



TRACTATUS PRIMUS, ET PROEMIALIS.

DE REQUISITIS IN CONFESSARIO.

Nulla est disciplina vel ars, etiam illiberalis, ac mechanica, cuius in Magistrum antequam quis creetur, non sit Candidato subveniendum Examen; vel opere ipso sive artefacto comptobandum, quod eis in arte fecerit progressus, ut Magistrorum Catalogo possit merito accenseri: *Nam non plerique, ait S. Greg. in Prolog. Pastor.* qui dum metit se mercant quae non ad dicunt, docere concupiscunt: qui posuit Magisterii tanto leius extemant, quanto omni magnitudinis illius ignorant. Ex his vix! & vel maximè Vix illis, qui se insciatimque suam metiti nesciunt, cum qua animarum curæ, muneri, angelicis etiam humeris formidando, se accingunt, sspè quo stupidiores, eo ad id promptiores: quiesciunt temporali interdum magis, quam spirituali, initiantes. Hinc non mirum, quod animarum Curæ applicandi prius citentur ad Tribunal, rigide examinandi, an Magisterio digni, inque aliorum Doctores ac Judices sint creandi nec ne. Pro quorum eruditione sit

EXAMEN UNICUM.

De Examine, Potestate, Virtutibus, Scientia, Officio, & Obligatione Confessarii.

De quibus Angelicus Doctor agit partim in Supplemento 3. Partis, q. 8. & 18. & 19. partim extra Summum in Opus. 64. & 65. de Officio Sacerdotis & cauta in Confessione habendo, ac de modo confundi, compositis.

QUÆRO I. Ad Curam animarum aspirans tenebris te prius sistere examini, in quo tenteris ac judiceris, an ad arduum & tremendum hoc officium sis apens nec ne?

I. *Respondet.* Tuissimè & probabilissimè verbis Concil. Trid. Sess. 13. cap. 15. Quoniam Presbyteri in sua ordinatione potestatam absolvendi a peccatis accipiunt, decernit tamen ratione Synodus, nullum etiam Regulari, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopis per exame, si ita illis videbitur, aut alias idoneus judicetur & approbatione, que gratis datur, obtinet, privilegio & constitutive quacunque, etiam immensoz stali, non obstantibus.

Ex his Concil. Trid. verbis, ad Quæsumum Respondet sub distinctione: Si cui legitimè est collatum beneficium curarum, seu habens annexam curam animarum, non indiget alio examine, approbatione, vel expositione: & sic fit in Parochiis: eo ipso enim, quod Episcopus talen censerit idoneum pro administratione officii Parochialis (quod judicium etiam solet fieri per examen) cum approbavit & exposuit ad audiendas Parochianorum confessiones: nisi forte in ea Diocesi obstatet specialis Constitutio Synodalis, ut scribitur esse in Diocesi Constantiensi. Verum Religiosus, etiam exemplus, non Parochus, speciali examini se sistere tenetur.

II. *Sed quid*, si Religiosus ad Curam animarum, sive ad confessionum audientiam aspirans, sit Superior, seu Prelatus alicujus Monasteri vel Provinciae, sit Licentiatus vel Doctor Theologie, sit Publicus Professor, nonne eo ipso est liber ab examinè?

Dico. Non est, si Parochiali beneficio careat.

Ratio. Quia Concil. Trid. universaliter definit, nullum Sacerdotem, etiam Regulari, posse secularium, etiam Sacerdotum, confessiones audire, nisi, &c. Ubi autem Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, ut ajunt Jura. Et licet tali viro non desit scientia, forte tamen deest experientia & prudenter ad hoc conscientiae forum necessaria: cujus proinde examen Episcopo committitur.

Hinc ergo Episcopis examen illud semper liberum.

III. *Affirmo*, juxta quod revocando privilegia à seipso 1567. quoad hoc concessa definit S. Pius V. anno 1571. octavo Idus Augusti in Bulla, qua incipit: *Romanæ Pontificis Providentia.* In qua sic statuit: Hac nostra perpetua Const. decernimus & declaramus, decretum Concil. Trid. de Approbatione Regularium, audiendis confessionibus secularium praesitorum, observari debere etiam in omnibus Regularibus quorunvis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam sint Lectores, aut in Theologia, etiam de Superiorum snorum licentia, graduati vel promoti, vel a suis Magistris Generalibus, vel Provincialibus Ministris, secularium Confessionibus audiendis expositi: Volumus tamen, eos, qui semel ab Episcopo in Civitate & Diocesi sua pævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari; ab Episcopo autem successore pro majori conscientia sua quiete examinari debent poterunt. Hec ibi. De quibus redibit sermo infra in Tract. de Pecc. circa Bullam Clem. X. qua incipit: *Superna.* Vide Tract. 13. n. 86. & seqq.

IV. *Sed nonne* Episcopus, ejusque Vicarius hoc examen Religiosos, graduatis, ac promotis, potest remittere?

Dico. Potest remittere omnibus, de quorum sufficientia & idoneitate se moraliter certum æstimat, præseruit graduatis, promotis, ordinariis Professoribus.

Ratio. Quia discretio (qua est mater virtutum) honestas & æquitas postulat, ut non examinentur tales, qui habeant publicum suæ scientie testimonium. Et ideo notanter dicit Concil. Trid. citat. *Si ita illi videbitur, aut alias idoneus judicetur.*

Hac non considerant illi Examinateores, qui tam

A strict-